

REGESTA
PONTIFICVM ROMANORVM

IVBENTE REGIA SOCIETATE GOTTINGENSI

CONGESSIT

PAVLVS FRIDOLINVS KEHR

ITALIA PONTIFICIA

VOL. VI

LIGVRIA SIVE PROVINCIA MEDIOLANENSIS

PARS II

PEDEMONTIVM — LIGVRIA MARITIMA

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCXIII

ITALIA PONTIFICIA

SIVE

REPERTORIUM PRIVILEGIORVM ET LITTERARVM
A ROMANIS PONTIFICIBVS ANTE ANNVM MCLXXXVIII

ITALIAE

ECCLESIIS MONASTERIIS CIVITATIBVS SINGVLISQVE PERSONIS
CONCESSORVM

IVBENTE REGIA SOCIETATE GOTTINGENSI

CONGESSIT

PAVLVS FRIDOLINVS KEHR

VOL. VI

LIGVRIA SIVE PROVINCIA MEDIOLANENSIS

PARS II

PEDEMONTIVM — LIGVRIA MARITIMA

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCCXIII

vero inscriptus *Rigestum comunis Albe* sive Liber iurium civitatis Albae, mb. s. XIII, Mediolani in R. archivo adservatur (ed. E. Milano in Bibl. della Soc. stor. subalp. XX. XXI).

De codicibus mss. in bibliotheca civitatis conservatis cf. G. Mazzatinti Inventari delle biblioteche d'Italia I (1887) 56 sq.; de Musaeo civitatis cf. F. Eusebio Il Museo storico-archeologico di Alba (Alba 1901).

*1

(1197 ex.)

[Celestinus III] committit Alberto ep. Vercellen. causam, quae inter Ogerium Alben. ep. ex una parte et Leonardum de Cruce potestatem Albensium ex altera vertitur.

v. Episc. n. 6.

Monasterium s. Martini.

Monasterium s. Martini iuxta urbem Albam, quod monialium olim fuit ordinis s. Benedicti, a. 1445, iubente Eugenio IV, suppressum est. De eo cf. Albini et Cencii Librum censuum S. R. E. (ed. Fabre-Duchesne II 113; I 113), ubi legimus:

„Monasterium sancti Martini dimidium unciae auri“.

Privilegium vero de re frustra requisivimus.

San Stefano Belbo

Monasterium s. Gaudentii.

Pauca scimus de hoc monasterio monachorum ordinis s. Benedicti, quod iuxta locum s. Stephani, vulgo *San Stefano Belbo*, situm erat. Floruit usque ad a. 1759, quo suppressum est, bonis eius capitulo ecclesiae maioris Albensis attributis, unde archidiaconus titulum abbatis s. Gaudentii ducere consuevit (cf. Lubin p. 159).

Recensetur praeterea in Albini et Cencii Libro censuum S. R. E. (ed. Fabre-Duchesne II 113; I 113):

„Monasterium sancti Gaudentii dimidium unciae auri“.

Chartas recentioris aevi ex monasterio s. Gaudentii vidimus Taurini in archivo q. app. Del R. Economato dei benefizi vacanti (cf. Gött. Nachr. 1901 p. 73 sq.). Sed Hadriani IV privilegium, quod Chenna laudat (n. 1), ubi hodie sit ignoramus.

*1

1157 april. 9

Hadrianus IV concedit abbati monasterii s. Gaudentii apud s. Stephanum Vallis Belbi privilegium et confirmat possessiones.

Reg. Chenna Del vescovato d'Alessandria II 363. JL. —.